



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 16. Congregatorum sententia circa Concilium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI
A.C. 1561.

& Confessionis Augustanæ desertorem appellitaret, qua tamen injuria majorum Lutheri aſſeclis irrogari haud poterat: porro poſtea Dux Naumburgo diſcedens ad ſuas ditones profectus eſt.

§. XVI.

Congregatorum ſententia circa Concilium.

Thuan. l. 28.
Pallav. i. c.
Spond. n. 3.

Cum Congregati de Synodo inter ſe deliberarent, rurfus ingens erat opinio-
num varietas; quippe alii illam omnino recuſandam cenſebant, aliis vero placebat, Legatos a ſingulis Ordinibus eo decernendos, per quos ad fidei ſuæ rationem in libero, ac Chriſtiano Concilio reddendam ſeſe offerrent, ſimulque gravem contra Papam, Curiamque Romanam accuſationem inſtituerent, atque pro more ſuo contra Judices ſuſpectos reclamarent, ac inſuper adverſus illos exciperent, necnon de inverſo juris ordine, ac loci incommoditate ſuas proponerent querelas; cum id non parum conferret ad diſſipandam invidiam contra Proteſtantes vel ideo conceptam, quod Synodi legitimæ auctoritatem eludere machinarentur, exinde enim, inquiebant ipſi, perſpicient omnes, quod non penes nos, ſed penes hoſtium noſtrorum ambitionem ſteterit, quo minus

nus restaurandæ unionis ratio iniretur, ac proin imposterum minus odium contra Germaniæ Ecclesias timendum foret. Denique omnium sententiæ eo abibant, acceptandum esse Concilium, dummodo non sit Pontificium, atque eidem Papa nec per se, nec per Legatos suos præsit. Hæc quoque respondebant Ferdinandi Cæsaris Oratoribus, qui unacum Papæ Nuntiis die vigesima octava Januarii Naumburgum venerant, atque altera die ad comitia accesserant, ubi his ipsismet congregati adhuc sequentem addebant conditionem, ut scriptum Dei Verbum sit unus controversiarum Judex, nullo autem pacto Pontifex, simulque Episcopi a fidei sacramento, quo eidem sunt obstricti, solvantur, ac Theologi, quos eo decreturi sunt, suffragii jure fruantur: de cetero autem congregati Principes inqueiebant, quod re collata cum illis, qui huic conventui non interfunt, responsum magis amplum Cæsareæ Majestati suæ daturi essent.

§. XVII.

Oratores a congregatis ad Saxo-Vinariensem Ducem ablegati.

Hist. Eccles. Tom. XLIV.

C

Post

Sæcul. XVI.

A.C. 1561.